





1. *Musei s. Joh. diff. in Epist. ad Romanos Cap. IX. v. 19-23. Jene 1652.*
2. *diff. de vera presentia corporis Christi in S. Coena. Jene 1652.*
3. *diff. II. de natura et definitione Ecclesiae. Jene 1655.*
4. *diff. de resurrectione Christi a mortuis, Jene 1653.*
5. *Musei s. petri diff. de Baptismo, Helmst. 1669.*

12 #



PROGRAMMA PUBLICVM

M. O V E N I

G V N T H E R I  
P R O F E S S O R I S  
A R I S T O T E L I C I .

Ex quo

NATI, AVCTI, ET IN HVNC  
VSQVE DIEM PROTRACTI IN  
*Academia Iuliâ certaminis initia & pro-*  
*gressus conspiciuntur.*

CVM NOTIS PVBLICATVM.

ADDITA EST SVB FINEM  
THEOLOGIAE & PHILOSOPHIAE  
mutua Concordia ostensa, ab eodem M.  
Oveno Gunthero, notis margina-  
libus illustrata.

Luch. de Captiv. Babylon.

*Quid si Philosophia hæc non capit? Fides tamen ca-*  
*pit, major est verbi Dei authoritas, quam nostri*  
*ingenij capacitas, major Spiritus Sanctus, quam*  
*Aristoteles.*

M A G D E B V R G I

Excudebat Andreas Dunckerus Anno 1600.



p





PROGRAMMA OVENI  
PHYSICÆ DOCTRINÆ  
STVDIOSIS M. OVENVS  
GVNTHERVVS  
S. D.



*M*ne bonum est communicatum  
sui, & quò præstantius eo latius se  
diffundit. Cum autem Deus bono-  
rum eminentissimum sit, uberrimo  
etiam bonitatis effluvio eandem ad  
aspectabilis hujus mundi opificium derivavit, ità  
maximis insinuatum ut nulla minima eam desi-  
derarent: Vnde Salomon: Sapientia Dei ludit in  
creaturis. In hujus verò meditullio hominem ad  
suae mentis similitudinem plenum consilij & ra-  
tionis animal collocavit, in quo tanquam in sa-  
crario habitare, & inhabitando perpetua vite  
statu eundem beare consilium ceperat. Sed prima-  
vam hanc integritatis conditionem genius qui-  
dem mortalium felicitati infestus homini malè  
considerato eripuit, à creatorem agnoscendi co-  
lendiq; officio a versum ad sceleratam eidem rebel-  
landi audaciam traducens. Quam temerariam

A 2

debita

debita obedientia desertionem lamentabili poenâ  
in omnem posteritatem Deus justus nequitia  
vindex persecutus est: mente cecitate & igno-  
rantia conditoris & operum eius percussâ, vo-  
luntate cupiditatum & injustitia studio subiuga-  
ta. Ne tamen omnino bene conditum malè peri-  
ret, iustitiam misericordia temperando, utriq; fa-  
cultati prioris excellentia vestigia quedam reli-  
quit. In mente honestorum & turpium discrimen.  
Item Deum esse & quidem iustum scele-  
rum vindicem, virtutis fautorem. In voluntate  
libertatem rationi sese jungendo, eterna & cœle-  
stia persequendo, vel appetitui indulgendo ad ter-  
rena, caduca & turpia desciscendo. Hac qualis-  
cunq; relicta veri perspicacia nomine una est re-  
spectu gemina. In ipsa quippè contemplationis  
<sup>ἐν εὐρυεῖα</sup> vel acquiescens omnium artium & scien-  
tiarum principium est, vel ultra veri apprehen-  
sionem voluntatem ad virtutis & honesti respe-  
ctum, rationum & causarum adductis momen-  
tis, convertit. Huius muneris respectus in sa-  
cris dicitur lex naturæ, lex mentis, item veritas  
Dei, quæ à lege carnis sæpè obruatur, & in injusti-  
tia de-

tia detineatur. Vtramq; partem in sui muneris  
functione hebetem omnino & languidam opifex  
rerum acuendi excitandiq; consilio Philosophiam  
communicavit mortalium generi, ex sua mentis  
thesauro depromptam, ignorantie tenebras a  
mente excutientem, & honestorum ac turpium  
dictaturæ reluctandi contumaciam corrigentem.  
Illud universitatis consideratione efficitur. Fieri  
enim nequit, ut mundo nobilissimo opere penitus  
inspecto, non etiam optima ac prestantissima men-  
tis opinio passim adhesitans certò indubitata  
reddatur.

Hæc virtutis & vitij disparia ad hominis  
excellentiæ constituendam momenta disquiren-  
do, cum nemo tam obbrutuerit, qui cognita vir-  
tute imaginem Dei assumi, vitiiis cacodæmonum  
larvam indui, nolit mentis præscripto ad divina  
& cœlestia cohortanti obsequenter vivere, quàm  
illo deserto cupiditatem sequi à cœlestibus ad ter-  
rena, à Spiritualibus ad corporalia demergentem  
hominem. Ex huius igitur gemini muneris con-  
sideratione Philosophiæ dignitas conspicitur, &  
malitia eandem criminantium & ex Ecclesiæ  
territor-

territorio eliminantium: quorum assertio cum  
vere sit <sup>αυτοματη</sup> <sup>γνωρις</sup> & à theodidactis Theologis,  
non inscitia sed furor appelletur, frustra corrigendi  
conatus suscipitur, abundant suo sensu. Nos  
patrocinio eiusdem in commodiorem occasionem  
comperendinato ad operas nostras redibimus &  
nature <sup>ισοπλοη</sup> ad quatuor usq; libros de cælo per-  
ductam continuare pergemus. Die igitur Lu-  
nebora primà primum librum eius tractatus  
Deo adjuvante incipiemus, quem cum sequenti-  
bus in compendium contrahendo, quàm potest fie-  
ri brevissimo temporis impendio absolvemus.  
Valet Helmstadij 11. Martij Anno 1599.



NOTÆ



NOTÆ D. DANIELIS  
HOFFMANNI AD PRO-  
gramma M Oveni.

I.



Ecce quidem Deus mundum hunc totum bonum, sed quod effluvio bonitatem suam derivaverit in eum, hoc stoicum est, tantoq; magis nunc reprehendum, quod M. Cornelius hujus Oveniani scripti defensionem suscepit, & postea sententiam stoicam Senecæ commendavit juventuti: Quem inquit in hoc mundo locum Deus obtinet, Hunc in homine animus: Quod est illic materia, id in homine corpus est. Hinc Manichæi docuerunt, universo mundo Dei substantiam esse commixtam. Argumentum itaq; hinc Ovenus præbet spectabile quod verum scripserit Tertullianus: Philosophi sunt Patriarcha hæreticorum. Et notandum est in Hermogene, (contra quem asserentem primam materiã Stoicorum & Peripateticorum illa scripta sunt) ibidem reprehendi hunc ipsum morem.

II. Dictum Salomonis: Sapientia Dei ludit in creaturis (Ego inquit Sapientia seu Filius Dei ludo in orbe terrarum Prover. 8.) longè abest à Stoica & Manichaica sententia, neq; hoc docet, quod Deus vel ante vel post lapsum in creaturis omnibus quæri & inveniri ab homine per rationem tanquam veræ fidei Magistram voluerit, cum non minus verbo se patefecerit Adamo integro quàm lapso. Licet etiam ratio integra, fulsit imagine Dei, quatenus tamen illa hæc amissã mansit, eatenus eius hoc est rationis non fuit opus vera agnitio Dei, sed fuit imaginis Dei quæ & ipsa (quod egregiè observavit in

vit in historia D. Lutherus ) fidem verbo subnixam te-  
nuit contra rationem. Quod igitur Oenus hominem  
appellat plenum consilij & rationis animal, quasi ratio  
quatenus ratio fuisset similitudinis Dei character, &  
quidem λόγος obtinuisset imaginis Dei, quæ spiritus fa-  
cultas fuit, planeq; detrita est superstitie ratione nu-  
dâ, in eo fallitur, sed donum quoddam fuit sublimius  
imago Dei, quàm residua ratio, quam sanè quasi luce il-  
luminavit illa, qua resplenderet ratio: supra id, quod  
nunc naturale lumen dicitur, sed adeò totaliter perdi-  
dit lucem illam Spiritualem imaginis Dei, ut ne scin-  
tilla quidem eius superfit, neq; possit ex luce naturæ  
quæ reliqua est, vel minutissima scintilla ipsius elici,  
quin novâ opus sit Creatione ad reparationem eius i-  
maginis.

Cumq; Oenus disertè postea dicat, hominem suis  
naturalibus viribus adminiculo Philosophiæ assumere  
imaginem Dei, suaq; non solum Theſibus meis oppo-  
suerit, quarum scopus est mera gratia Dei, quæ nullam  
vim & facultatem naturalem in spiritualibus sibi pati-  
tur associari cooperatricem, sed etiam rerum æternarû,  
divinorû, cœlestium, spiritualium mentione scopum fi-  
git, à quo averſa est, totaq; perversa ratio naturalis, cum  
universa sapientia mundi in animali homine etiam Phi-  
losopho. Idcirco errores eius nulla tortura flecti pos-  
sunt ad sanitatem.

III. Quod de genio dicit Oenus hoc veterem fabulam  
sapit, quæ genium ex Deo natum finxit, homini addi-  
tum, & spectra imaginesq; ipsius animo obijcientē, quæ  
si ratio discernat, ut videlicet mala fugiat, bona eligat,  
non errare hominem putatur, secus si ratio officio non  
fungatur, tum malè considerato, ut loquitur Oenus,  
genius eripit integritatem. Itaq; ratio dux & modera-  
trix recti, in integro homine statuitur quam genius spe-  
ctris illuserit malignis: Cum tamen verbum Dei Scien-  
tiam

tiam boni & mali in primis parentibus direxerit, nec solum spectrum à verbo Dei avocans, sed ipsa Ratio verbum Dei sibi conformare nitens, & hæc quidem vicinior causa lapsus fuerit.

IV. Error est, quod homines in felicitate primævâ constituti mortales dicuntur, cum mors per peccatum introierit in mundum Rom. 5. sed quia Ovens rationi litat, non potest aliunde mortem quam ex Physica constitutione deducere. Et decet hæc Pontificiorum assentatorem, qui vitio materiæ inter manus conditoris ante peccatum orto causam mortis tribuunt, quam prohibuerit incrustatio imaginis Dei scilicet.

V. Error est, quod cæcitas mentis & contumacia voluntatis tantum poena dicuntur ibidem cum Pontificijs, quos refutat Apologia August: Confes. in lib. concord. p. 24. a 28. b. Carentia justitiæ originalis & mala concupiscentia sunt peccata & poena, quæ secuta sunt mors & tyrannis diaboli quæ tantum poena sunt.

VI. Error est quod mens illa cæca & voluntas subjugata tamen lex mentis vocetur in sacris. Extat enim illa appellatio, Rom. 7. nequaquam de homine naturali, sed de renato, renovato, Spirituali vers. 6. 22. 23. & 25.

VII. Error est quod lex naturæ sæpè à lege carnis obruatur; cum tota natura, & quidam ipsa ratio sit caro, hoc est polluta, corrupta, prava omni die ab adolescentia & perpetua inimicitia adversus Deum Genes. 6. 8. Rom. 8. ut etiam in renato non cesset, quatenus ille vetus & carnalis esse non desijt.

VIII. Eiusdem generis error est, quod veritas Dei sæpè in injustitia captiva detineatur. Semper enim nisi à Christo sublata, captivitas illa durat. Nemo hominum hanc captivitatem solvere potest, sed Christus qui à morte resuscitatus ascendens in cælum victos in fortitudine educit & captivam duxit captivitatem Psal. 68.

**B** vers 19.

vers. 19. Ephes. 4. vers. 8. Causa erroris Philosophia  
est, quod ignoratur concupiscentiam esse peccatum o-  
riginis profundissimè & penitissimè penetrans & cor-  
rumpens totum hominem, cum corpore & anima, &  
omnibus viribus superioribus & inferioribus. Hinc  
phrasia (veritas in injusticia detenta) non actualem tan-  
tùm rationē, quæ per vices contingat & culpam actualem  
inferat, vel accessorium quid denotat, sed in primis pec-  
catum originis & lepram illam spiritualem hæreditari-  
am, nullo momento à prima hominis conceptione ces-  
santem significat, quæ non nisi regeneratione & reno-  
vatione per verbum & sacramenta virtute spiritus o-  
mnipotentis mortificetur. Injustitia igitur illa deti-  
nens captivam veritatem. est 1. Reatus Adami unde  
polluta est veritas. 2. Deinde carentia justitiæ origina-  
lis unde spirituali bonitate cassa est, sicut antè nihil ve-  
ritatis spiritualis reliquum mansit. Tertio corrupta &  
sic triplici ratione fœditatis coram Deo abominanda,  
omninoq; à spirituali veritate diversa est & longissimè  
differens. Nec licet hic de corruptione Philosophicâ  
commentari quæ extremum malum fugit, & aliquid à  
vitio immune servat, neq; eius distinctione Pelagiana  
licet uti. Etsi enim naturalia reliqua, quatenus cura-  
ta, non sunt ipsum peccatum, sed ad evitacionem Ma-  
nicheismi discernenda sunt illa: Nequaquam tamen itâ  
distinctio urgenda est, ut lex peccatum tantùm accu-  
set, & damnet, non verò naturalia ipsa sed quia totali-  
ter corrupta sunt, inexplicabili omnibus Philosophis  
modo, contra accusationem & damnationem legis rectè  
Smalcaldici articuli vetant distinctionem afferri. Nec  
est distinctio, omnes peccaverunt & carent gloria  
Dei Rom. 3. v. 22. 23. Neq; solùm omnes concluduntur  
sub peccatum Rom. 11. v. 23. sed & omnia hominum Gal.  
3. vers. 22. Ideò Lutherus hoc dictum: (Ecce agnus Dei  
qui tollit peccata mundi) itâ exponit ut Christus omni-  
um hominum & singulorum totalem corruptionem  
quæ

quæ corpus & animam intimè pervaserit & perdiderit, tulisse credatur & nihil Rationi & viribus summis & Philosophiæ hic liberandum detur. Hæc quia negat Ouenus, mirum non est, quòd Pelagianismum apertè profitetur.

IX. Crassus enim hic est Pelagianismus, quod relicta sint homini prioris excellentiæ vestigia, ita ut mens naturaliter possit videre æterna divina, & voluntas se liberè possit jungere rationi, ad persequendum æterna & cœlestia. Et quoniam hæc opposita sunt thesibus meis, quarum scopus est mera gratia, ideò intentione suâ Ouenus hostis gratiæ, hoc est Pelagianus erit.

X. Quòd hæc deputantur justitiæ Dei, id non caret blasphemiâ, cum scriptura condemnet dogma, aliquid boni spiritualis homini animali naturali asserens, vel vires tribuens ei ad divina rectè cognoscendum & profequendum Psal. 14. vers. 1. 2. 3. Rom. 3. vers. 10. & seqq. Tit. 1. vers. 15. & 16. Damnatum igitur asseverare & justitiæ Dei arrogare, vix aberit à blasphemia.

XI. Eòdem recidit error, quod hæc justitiâ seu potius abominatione, ut scriptura loquitur, temperetur misericordiâ Dei, quæ ut est puræ gratiæ, ita planè respuit dilutum virium humanarum cooperantium Rom. 11. vers. 6. Ephes. 2. vers. 4. 5. 8. 9. quod non fieret, si justitiæ Dei hoc vendicandum esset.

XII. Crudiorem reddit Pelagianismum, pollicitatio vitæ æternæ ex reliquijs hominis. Disertè enim dicit Ouenus, illa ideò relicta esse, ne omninò, benè conditus homo, malè pereat. Non autem perire est vitam æternam consequi Iohan. 3. vers. 15. & 16.

Cornelius & Caselius hæc postea admodum pontificiorum post Erasmus docentium correxerunt, ut Christo & Evangelio vitam ductumq; ad cœlum & vitam æternam relinquerent, Sed sine Christo & verbo eius, vitam homini animali tam puram & perfectam

tribuerunt, in hoc incolatu corporis, quæ nec carnalis esset, nec verbo Dei contraria sed amicissimorum Dei, sed nondum abiecerunt omnem contumeliam in Christum, qui solus à labe carnis lavat sanguine suo, per totam vitam ab initio per medium usq; ad finem. Quæ autem severitas talem condemnabit, qualem Philosophi adminiculo suæ Philosophiæ producunt, & quod Christi opera prodedit, si homo se à carnis labe munda- re queat? pro viliore sc. parte, quæ corpus est, ut Smal- caldici articuli hoc gentile Philosophicum dogma cen- sent, mortuus fuerit Christus, non pro præstantiore, quæ est anima.

XIII. Sæpè (inquit Oventus) reliquiæ illæ obruun- tur à lege carnis: Et utraq; pars est hebes & languida in functione muneris, nimirum in agnitione conditoris, & in fuga cupiditatum atq; injustitiæ. Opifex igitur rerum utramq; illam partem acuendi excitandiq; con- silio, Philosophiam commnicavit mortalium generi. Notetur benè, quod mens & voluntas retinuerint ve- stigia prioris excellentiæ, in æternis & divinis rebus ali- quid agendi: Hebetudinem autem & languorem in illis obrepere, illiusq; acuendi, hujus excitandi gratiâ Phi- losophiam concessam esse. Hic nihil audis de verbo Dei ejus memoriam planè obliterat.

XIV. Philosophia dicitur depromta ex divinæ mentis thesauro, si intelligeret mentē humanam rectè diceret. Est enim Philosophia soboles eius, & inventum huma- num. Si verò ex mentis divinæ thesauro eam deprom- ferit, declinandus hîc erit Manicheismus, cujus su- præreus actus est, author. Deinde ut ut Philosophia quædam sit donum Dei, à spirituali tamen sapientia alie- na est, nec illi debetur tanta laus, quod ex thesauro mē- tis divinæ sit depromta, cum Spiritu flante etiam pul- cherrimè florens pereat Esaia 40. vers. 5. 1. Cor. 1. vers. 19 & 20. Hoc thesauro divinæ mentis perperam tribue- tur.

tur. Ideò verbum Dei quod est ὁ λόγος sapientiæ cœlestis ex thesauro mentis divinæ delibata manet in æternum, ut discrimen sit inter florem agri & spiritum.

XV. Abominabilis error est, quòd Philosophia dicitur excutere tenebras è mente, quas ipse author pœnam lapsus Adæ vocavit. Num igitur ab hac pœnâ liberavit homo hominem? & rationem purgabit rationis soboles? An non de omnibus hominibus etiam Philosophis dicitur, quod sint tenebræ Iohan. 1. vers. 5. 2 Cor. 4. vers. 6. Ephes. 6. vers. 8. Quod si autem Christus lux est, illuminans omnem hominem Ioh. 1. vers. 9. nullum certè reliquit illuminandum Aristoteli. Si tantum verbum Dei & quidem virtute creandi jubet ex tenebris splendescere lucem 2. Cor. 4. v. 6. Cur audes, homuncio, verbo humano Philosophico tantam arrogare virtutem? In summâ, hæc sunt Pelagiana, quorum proprium est, contumeliam passionis & meriti Christi crepare, ut testatur Confessio August. artic. 2.

Diligenter autem notetur, quod tenebræ illæ excutiantur per Philosophiam, non quæ ignorantiam quandam in humanis mundanis rebus offuderunt, de quo nequaquam pugno: sed disertè tenebræ definiuntur ab Oveno, quæ ignorantiam creatoris obduxerint post lapsum Adæ, itaq; excuti traduntur, ut mentis opinio passim adhæsitans certò indubitata reddatur: Hoc est, (ut postea perspicuè declararunt Philosophi) ex Philosophia tam veram fidem de Deo uno & vero manere, ut ipsa sit eadem cum fide renatorum de Deo uno & vero, & quidem intellectu sit eadem. Philosophia igitur intellectum non renatorum per baptismum tam purgabit & illustrabit quàm regeneratio ex Deo. Idem enim intellectus huic & illi ascribitur. Hoc maleficio Philosophiæ, contumeliosum in Christum, Caselius pro bono Academiae venditavit publicè.

XVI. Philosophia quoque voluntatem naturam liberam se associandi rationi ad persequendum divina, sed aliquando rebellem emendabit. Contumaciam enim honestorum ac turpium dictaturæ obluendi corrigit Philosophia, inquit Oenus. Revoea autem in memoriam, quod dictaturam illam appellat, non externam tantum disciplinam, in qua homo sibi frenum iniicere potest, sed Legem mentis, quasi naturaliter homo delectetur lege Dei, sæpè tamen mens eius obruatur à carne.

Contra hanc carnis labem (inquiunt) facit Philosophia ut gloriatur homo animalis: Major sum & ad majora genitus, quam ut sim mancipium meæ carnis, Imò Philosophiæ debeo, quod liber habitat animus meus, nec sinit ad se vulnus transire à carne, quemadmodum Oeni mentem ex Senecâ publicè exposuit Cornelius.

XVII. Virtute Philosophicâ imaginem Dei assumi conjungendum est cum eo, quod supra dixit, Deum esse fautorem virtutis: Vtiq; Deus veræ virtutis amicus est, sed non Philosophicæ & citra fidem Christianam paratæ, quæ ut tota est mera hypocrisis coram Deo teste nostro Symbolo, ita iram & maledictionem Dei æternam aufert, nequaquam autem favorem illum, qui spiritualibus tantum paratus est, meretur, qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt Rom. 8. vers. 8. Et eramus omnes natura filij iræ Ephes. 2. vers. 3.

Laudanda est sanè disciplina externa & justitia carnis in mundo, sed non absolvenda ab ira Dei, nec donanda favore Dei seu non laudanda est cum contumeliâ Christi, sine cujus beneficio & quidem solitario carnalitas, hoc est pollutionis & abominationis ratio nulli virtuti gentilium licet splendidissimæ in mundo adimitur: Videatur & teneatur hinc doctrina Apologiæ Aug. Confess.



Confess. ut probati Symboli nostri in libr. Concord.  
Pag. 32.

Quomodo igitur virtus Philosophica & iusticia  
carnis erit Imago Dei? Num hypocrisis est imago Dei?  
num Deus imaginem suam abominabitur? sicut certè  
omnem execratur hypocrisin, vt severus & copiosus te-  
xtus est de hac Matth. 23.

XVIII. Vitijs Philosophicè æstimatis laruata Diaboli  
inesse rectè dicitur, quia hic nihil adeò parvum est, vt  
Diabolo non debeatur tanquam parenti. Sed non solum  
externâ illa specie censenda est, verùm mens & voluntas  
ipsa ante regenerationem, penitissimâ sui corruptione,  
imaginem Diaboli referunt, ipsaq; hypocrisis, quæ simu-  
latione pingit eam, est filia Diaboli, quoniam his est pa-  
ter mendacij Ioan. 8. v. 44. Et certè hypocrisis eo, quo  
maximè simulat, hoc est quò maximè picta & laudabilis  
videtur, maximè mentitur. Ideo quanto foris pulcrior  
tanto nitus execrabilior hypocrisis, & propterea per  
hanc ( quæ est in omnibus virtutibus gentilium ) larua  
Diaboli nunquam exiit.

Hoc verò valdè erroneum est, quòd homo possit  
deponere laryam Diaboli Philosophiæ beneficio & as-  
sumere imaginem Dei. Abstinerè potest ab externis  
sceleribus, concupiscentiam autem animi, quam De-  
us, ut fontem vitiorum externorum inprimis odit,  
non potest exuere homo animalis sed ut hic captivus  
est Sathanæ, ita quæ lubent carni, sunt à Satana agente  
in hominibus istis Ephes. 2. vers. 2. & 3. Sed quemad-  
modum Lutherus inquit, qui semel statuit, hominè hoc  
posse suis viribus præstare, cuius caussa pij credunt  
Christum mortuum esse, ille facilè contemnit Sata-  
nam, itaq; hominem naturalibus viribus supra De-  
um & Diabolum potentem mentiuntur Pelagiani.

Etsi

Etsi verò hæc horrenda sunt auditu, & impossibi-  
lia arrogant homini: Oventus tamen pro impudenti sua  
confidentiâ statuit aliter fieri non posse in penitiorè  
Philosophatione, neminemq; ait in suis Scholis adeò  
obbrutescere, qui nolit mentis præscripto, ad divina  
ad cœlestia cohortanti obsequenter vivere, aut illo de-  
serto cupiditatem sequi, à cœlestibus ad terrena à spi-  
ritualibus ad corporalia demergentem hominem. Hæc  
ille, Quibus sonorè Philosophiæ tribuit, quòd concu-  
piscentiâ carnis tollat, & hominem, ne illam sequa-  
tur, reformet, hoc est, ut vulnus à carne ad animam,  
liberè habitantem nec mancipatam transire non sinat,  
quemadmodum Cornelius ex Senecâ sententiam ex-  
ponit.

Paulus Rom. 6. mortificationem carnis, mortis  
Christi virtuti in baptismo ascribit. vers. 3. 4. *Vetus  
enim noster homo cum ipso crucifixus est ut evacueretur corpus,  
peccati* vers. 6. Et quos Christus non liberat illi manci-  
pia sunt peccati vers. 16. Sed Philosophia secundum  
Ovenum ex tam valida servitute, (quam robur potesta-  
tis Diabolicæ humanis viribus invictum, astrinxit) li-  
berare potest, ut non amplius de agentibus in hac vita  
Philosophis constet, quod Christus dixit: si vos filius li-  
beraverit verè liberi eritis Ioh. 8. vers. 36. Sed si Philo-  
sophia vos liberaverit, liberi eritis.

Etsi verò hæc manifestè contumeliosa sunt in Chri-  
stum, eiusq; passionem mortem & meritum; tamen Ca-  
selius eadem bono Academico accensuit. Sic enim in  
publica oratione legitur F. 4: Logica est rationis lima  
five regula. Quod instrumentum, qui inchoavit, facem  
accendit sapientiæ qui perfecit, nã ille veluti alter Pro-  
metheus lucem novam in genus mortalium intulit, quæ  
*omnem mentis caliginem dispelleret.*

Falsum hoc est in rebus mundanis, ut etiam ipse  
Aristoteles, quem perfectorem Logicæ jactitat Caselius,  
fatea

fateatur in multis mentem suam cœcutire, velut noctu-  
am, ad lucem Solis. Et Zabarella, qui post plurimos  
Aristotelis præcones, cum vehementer amat & laudat,  
scribit, quod religio sibi sit, negare Aristotelis Logicam  
maneam & mutilam, metuitq; ne ex homine Deus fiat,  
si perfecta ipsi tribuatur Logica. Quod si imperfecta  
est Logica Aristotelis, quomodo omnem pellet cali-  
ginem ipsa caligans? Intolerabile verò est si dicatur pel-  
li caliginem mentis per Logicam, ut Deus rectè cogno-  
scatur sine verbo Dei & Christo, & quidem homo non  
renatus acquirat fidem de Deo uno & vero, eandem in-  
tellectu, quam intellectu renato Christianus acquirat  
per verbum in Christo, ut Caselius suo nomine per M.  
Cornelium proposuit & defendit, etiam scriptis simul  
succenturians Oveni Programmati, hoc, inquam, in-  
tolerabile est. Et tantum de virtute Philosophiæ illustran-  
tis mentem humanam in rebus fidei, sine verbo Dei, si-  
neq; ullâ notitiâ Christi.

De vita verò hominis qualem Philosophia efficiat  
correctione contumaciæ voluntatis, & sublatione labis  
carnis sic Caselius in Oratione: De moribus & tropo,  
quo in hac scholâ docetur, ea cum vera perfectaq; sunt,  
tum & utilia & necessaria vitæ privatæ & publicæ, & ad  
Ecclesiæ commoda directâ.

Hic omnes rectè docti non sine fastidio audiunt,  
doctrinæ Philosophicæ de moribus perfectionem tri-  
bui, quod nostræ Ecclesiæ adeò non ferunt, ut hinc Pon-  
tificios gravissimorum errorum accusent. Certè neq;  
perfecta fuit, neq; homini Gentili concessa virtutis co-  
gnitio, neq; perfectæ virtutis possessio, unde Cicero  
etiam umbram virtutis sibi & alijs tantum concedi fa-  
tetur,

C

Habent

Habent Ethica Aristotelis suam laudem, & disciplinæ externæ conducunt, sed quod perfecta de moribus tradant, hominis etiam vitam perficiant, & quod hæc doctrina de perfectione commode Ecclesiæ, hoc falso dicitur. Idcirco Apologia August. Confess. istud rejicit tanquam pudendum errorem & tanquam stultum & puerile censet hoc genus præconij in Ecclesia. Vide in lib. Conc. Dresdensis editionis pag. 30. ubi Aristolicum dicitur non christianum.

Quomodo igitur idem erunt? & si non idem, quæ perfectio in Ethicis Aristotelis? Sed Caselius in hoc rejecto errore de perfectâ Philosophica doctrina morali, adeo pertinaciter hæret, ut etiam perfectionem in auditoribus Philosophorum per eam effici præsumat. Sic enim ille F. 1. Eximij fructus ex Philosophia, eiq; affinibus disciplinis, tum ad Remp. tum ad Ecclesiam redeunt.

Hinc enim humanitas & omnis elegantia, hinc humanæ vitæ perfectio, hinc legum prima authoritas, hinc domina gentium eloquentia: hinc tanquam ex prima scaturigine; quicquid in mortalium vitam boni & felicitatis derivatum est, & quædam quasi mentis humanæ absolutio & indigetatio, & præstat ut Philosophia sit divinæ mentis radius. Hæc autem etsi magnificè dici videntur, tamen jejuna sunt præ re ipsa. Hactenus Caselius.

Etsi autem hæc hyperbolica panegyrica fortè tollerari possent, quia tamen Melanthon Christianum ea dedecere scribit contra Emserum & Caselius hæc dixit in contentione contra theses meas, quæ, ut Christum & gratiam Dei meram in Christo propositam prædicarent, omnem inchoationem & perfectionem  
boni

boni operis citra naturales vires hominis virtuti Spiritus Sanctus per verbum Dei efficacis tribuunt: Idcirco contra veritatem nostrorum Symbolorum studiosè sparsus error, studiosè est refutandus.

Neq; verum est, neq; uno saltem exemplo etiam Philosophi gentilis summi verum probabitur, quòd ex Philosophia prodierit humanæ vitæ perfectio, & quædam quasi mentis humanæ absolutio & indigetatio. Saltem secundum legem Philosophicam hæc censeatur perfectio, & in nullo Philosopho gentili effecta monstrabitur. Multò verò minus probabitur à labe carnis purgata: de quo contendunt Philosophi. Si enim mentem hominis absolutissimam ad mensuram suam exhiberet Philosophia, nunquam tamen labem carnis seu peccati originis exterisam inde probaret, cum  $\phi\rho\nu\acute{\nu}\mu\alpha$  sit ratio summo cultu Philosophico nitens cum præclarissimis suis cognitionibus, *Alle höchste Vernunft* ut Corpus doctrinæ Iulium dicit, & tamen manet carnis.  $\phi\rho\nu\acute{\nu}\mu\alpha$  itaq; carnis est tum ipse  $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$  tum  $\omicron\acute{\rho}\mu\alpha\iota$  ipsius ante regenerationem, quæ solo verbo Dei & sacramentis, sine ullâ ope liberi arbitrij vel Philosophiæ ad carnis mortificationem divina virtute valet & ordinata est. Neq; solùm absolutionem mentis talem, ut non sit unica Dei, sed amicissimorum Dei, (quem admodum dictavit Cornelius) ex Philosophia spondet Caselius, sed etiam quicquid in mortalium vita boni & felicitatis servatum est. Certè Scholæ Turcicæ tantum superbiæ Philosophicæ non permittunt, ut testis est Reuchlinus, qui suâ ætate scribit fuisse Philosophicas Scholas variarum sectarum Constantinopoli frequentes, & quidem decem millium auditorium. Producit autem quendam Marranum Aristotelicum sed Averroistam, qui longè saniora docuerit his nostris Philosophis. Et tu tamen, Caseli, has hyperbolas præ  
A 2 re ipsa

re ipsa ieiunas dicis: Monstra quæso rem ipsam vel ieiuna illa commendatione dignam, & quidem vel in te vel in collegis tuis, vel in Aristotele ipso.

Tota iustitia hominis non renati est mera hypocrisis Coram Deo, ait Melanchthon in apologia Aug. Conf. quod ita reddidit vernaculè Ionas *Al heilig / Erbar leben / alle gute Werck / so viel immer ein Mensch auff Erden thun magt / sind für Gott eitel heuchelen vnd greuel*. Et recte etiã tales vocantur ad resipiscentiam super omnibus cogitatis & dictis Et pag. 32. falsa & ir Christum contumeliosa tua, Caselli, pronunciat Oratio, quam tamen miser putas commodare Ecclesiæ. Ah nullum unquam malum gravius fuit Ecclesiæ quam huiusmodi superba voces philosophorum de perfectione vitæ humanæ, Ideo Apologia Aug. Confes. dicit, *Wer hie Aristotelisch ist / der ist nicht Christlich*.

Pontificij etiã minus dicunt, cum meritis remissionem peccatorum tribuunt, quàm quòd nostri Philosophi deletionem peccati originis philosophiæ ascribunt. Plus enim quam remittere, est delere carnem, vel ita liberare animam, ne sit mancipium carnis, neve ex hac vulnus in illam transeat ullum, ut Cornelius hanc philosophicam perfectionem ex Seneca quinto scilicet Evangelista probavit, unde philosophia ipsi sola est vera vita hominis, quam etiã solus ille agat, qui igniculos naturæ excitet, & caliginem carnis maculam per philosophiam pellat. Ah cui seculo servati sumus, quo tam libere in Christum contumeliosa sparguntur in schola Christiana? Sed ad Ovenum redeamus.

XIX. Ex huius igitur (inquit) gemini muneris consideratione philosophiæ dignitas conspicitur, & malitia eandem criminantium, & ex Ecclesiæ territorio ut hostem cœlestis veritatis eliminantium. Dignitatem, Ovene, philosophiæ sanæ & sobriæ, omnes sacri & sobrij tribuunt sed non permittunt eam, extendi ad æterna di-

vina.

vina cœlestia, Spirituality, ad quæ vos obstinati eam cum contumelia Christi rapitis: Sceleste hoc fit, teste Artic. 18. Apol. Aug. Conf. Ergo est indignitas scelerata, quæ philosophiæ arrogatur. Et verè omnis iustitia gentilium iustitia carnis est & omnis sapientia eorū, sapientia carnis, ideoque inimicitia adversus Deum & hostis veritatis cœlestis, quæ omnes homines appellat mendaces hoc est non rectè sentientes de Deo ut rursus symbolum nostrum interpretatur: Et tu iurisiurandi religione ad observantiam huius doctrinæ astrictus non solum deseris illam, sed etiam audes hoc factum spiritus sancti criminari malitiam, & vocem eius, criminantium vocem nuncupare. Imo ne blasphemiam paucis verbis citius evanescerent subiecisti: Quorum assertio cum verè sit *σκηθῶν ῥήσις* & à Theodidactis Theologis non inscitia sed furor appellatur, frustra corrigendi conatus suscipitur. Sed audi blaspheme: Spiritus sanctis vox non est scythica: neque contradicens spiritui sancto *θεοδιδάκτορ* est, sed *σατανα δίδακτορ* est. Et rectè frustrà corrigendi linguam Spiritus sancti conatus suscipitur non quòd iustitiæ & furoris sint dictata ipsius, sed quia verbum Dei manet in æternum. Esai. 40. v. 5.

Domine Iesus non seruet tibi & collegis tuis blasphemias in Christum & verbum eius tam protervè iactatas, & liberet Iuliam à maledictione, quam intulistis scelestà confusione doctrinæ philosophicæ & doctrinæ spiritus sancti,

**F I N I S.**





# THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE MUTUA amicitia ostensa.

A

M. Oueno Gunthero.



VO disciplinarum genera iuventu-  
ti ad pietatem, ad laudem & decus  
informanda, in Scholis proponuntur,  
Theologia scilicet & Philosophia.

In Programmate dicit au-  
thor quod Philosophia ex  
thesauro mentis divinae sit  
deprompta respiciens sine  
dubio ad verba Iohannis  
Ioh. 1. v. 18. Filius qui est  
in sinu patris enarrauit no-  
bis utpote in quo omnes the-  
sauri sapientiae sunt abscon-  
diti Colof. 1. v. 3.

Vtraque à Deo est, & ab eodem con-  
tra humanitatis & religionis hostes, mirabiliter con-  
servatur & propagatur. Philosophia tota rationa-  
lis est, ex insitis naturae principiis, partim Theoricis,  
partim practicis extracta. Ex illis in splendorem  
e vocatis, varij intelligendi resultant habitus, quo-  
rum supremus ac regius sapientia dicitur, in Deo con-  
summata, in homine tenuis, & rude simulachrum exi-  
stens. Vnde Plato, cum summa ista, nominat eam

Consummati per longum  
fortè usum, in Deo sunt ha-  
bitus.

ἀμφοῖς ἐκτίθειτο ὅναρ: ex horum polities omnium virtu-  
tum profluit concentus, quem accommodato καλοκαγα-  
θίας nomine exprimunt Philosophi.

Theologia partim mystica est, & mera revela-  
tio, omnem mentis captum, tam humanae, quam An-  
gelorum excedens, ideoq; effata eius credenda, non  
etiam intelligenda sunt. Vi: Deum in unitate essen-  
tiae, trinum esse in personis, omni multitudine ex-

Credere non est intelligere  
secundum illud Apostoli:  
Fide intelligimus Heb. 11.  
clusa vers. 3.



clusa matronam in obfignatu, & sterilitate naturæ.  
Per naturalia principia in- fore matrem multarum gentium. Partim verò ra-  
notescit Dei Israelis Enti- tioni & insitis naturæ principis consentanea, ut De-  
tas, veritas, Iustitia, mise- um esse, Deum approbare recta, detestari scelera:  
ricordia, Veritas, secundum illud Psalm. 147. Qui an-  
nunciat verbū suum Jacob, Addo etiam esse misericordem, & offensarum plac-  
Iustitia & iudicia sua Isra- bilem, quam vis Plato id vulgò notificari, inconsul-  
el. Non fecit taliter omni tum esse putet. ne fiducia veniæ augeatur delinquen-  
nationi, & iudicia sua non di audacia.  
manifestavit eis Halleluja.

Hac in parte optimè convenit Theologia cum  
Philosophia, sicut etiam revelatio dicit: Audi Israël  
Dominus Deus tuus unus est, ita etiam Philosophia  
unum & infinitum primum motorem naturali com-  
mentandi acumine statuit: quid enim tam apertum es-  
se potest, tamq̃ perspicuum, inquit Cic. cum cælum sus-  
spexerimus, cœlestiaq̃ contemplati fuerimus, quam  
esse Numen præstantissimæ mentis, quo hæc regan-

Philosophia eandem cum tur. Item sicut Theologia justitiam, sanctitatem &  
Theologia doctrinam de cul religionis cultum præcipit obedientibus favorem, se-  
tu Dei & proximi profite- cus viventibus iram Dei, pœnas & cruciatus denun-  
tur secundum illud Christi ciat, ita & Philosophia virtutis mandat officia, men-  
Matth. 23. Frustra me co- tunt docentes doctrinas, quæ temq̃ purè ac pressè defœcatam vitis, Deo placere,  
lunt docentes doctrinas, quæ impietate & nequitia sordidatam a versari sine hæsi-  
sunt mandata hominum. tatione credit & inculcat.

Secundum illud Apostoli 1. Ex hisce cuilibet insitis rectè vivendi prin-  
Cor. 4. Dominus veniens cipiis, Deus etiam extra Ecclesiam viventes in ul-  
(ad iudicium) illuminabit timo vivorum & mortuorum censorio die iudicatu-  
abscondita tenebrarum, & rus est. Et præclaris encomiis ab eodem ornantur.  
manifestabit consilia cor-  
dium.

Vocantur

Vocantur enim lex DEI, veritas DEI, & paulo post subiicit, legem illam sanctam esse, & præceptum eius justum, sanctum & bonum.

Hanc legem separat ibidem à carne, asserens spiritualem eam esse, ad optima etiam & spiritalia hortantem, cui carnem, id est, concupiscentem & sensualem hominis partem opponit, quæ tota sit peccatum, militantem contra cognoscentem partem sanctam & justam existentem, inquiens: delectat me lex Dei, secundum internum hominem, sed video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captivum me reddentem legi peccati, quæ est in membris meis. Hæc captivatio nihil aliud est, quam hominem eò raptari, quo tendit ὀρέτικον νόστον seu caro, vel impotentes trahit libido. Quod Philosophi vocant κατὰ τὸ πάθος, vivere, nomine diverso unam rem & eandem exprimentes.

Disertus tamen hanc vivendi pravitatem explicant Philosophi, docent enim, dupliciter cupiditatibus, seu carni obsequendi vitiositatem committi. Primò cum affectibus seu carni indulgetur dissuadente ac reluctante ratione, cui vivendi modo culpa quidem insit, non tamen perfecti vitij turpitudine, sed inchoatio quædam & διάθεσις, ad consummatum improbitatis habitum, quem ἀργότατον seu incontinentiam vocant, cujus effectus non

D

Homines extra Ecclesiam sunt lex Dei, & secundum illam justi, sancti, boni & spirituales iuxta illud Apocalypseo 22. Foris sunt canes & venefici & impudici & homicidæ, et idolis servientes & omnis qui amat & facit mendacium.

Philosophi, muta animalia Iudæ vers. 10. prob quam sunt diserti? nempe secundum illud Psalmi 115. Qui faciunt ea (simulacra per sculpturam cogitationis humanæ Act. 17. v. 29.) Os habent & non loquuntur oculos habent & non vident &c. Item secundum Paulum Van facti sunt in ratiocinationibus (adde commentationibus) suis, & obtenebratum est desipiens cor eorū.

sit

Lapsus primorum parentū sit *πάρα*, sed *ἀμάρτυμα* seu lapsus & error, quem Paulus vocat *παράπτωμα*, in quod non sit ut desperatum vitium, verborum fulmine detonandum, sed Spiritu mansuetudinis corrigendum. Secundò ratione liberæ cupiditati, ad turpia ruenti assentiente, ac probante ea, quæ libidini placent. Hic consensus perfectum gignit vitium quod Paulus vocat peccatum regnans: Philosophis quod ratio non castiget, ac reprimat carnis libidinem, *ἀκολασία* dicitur, latine quidem Intemperantia, sed energiam dictionis græcæ non assequens.

Incontinentiæ porrò vitij, non vnam ac simplicem naturam, sed geminam esse docent.

Primò enim committi asserunt, cum cupiditas rationem incautam, aliis ve intentam curis ante vertit, & quasi dormientem in sui obsequium abripit, vel quia vigilat quidem, & vitiorum appulsum sentit, ac vocareq; ab illorum designatione *ὄργην* connititur, sed vehementiæ eiusdem resistere nequit, & sic videns sciensq; improbitati, quasi manu data ad nequitiam pertrahitur homo. Illi *πρωτόθεν*, hi *ἀδελφία* delinquere dicuntur, cuius imbecillitatis formam, hac querela depingit Paulus, non, quod volo, bonum, sed quod nolo, malum, hoc ago. De eadem hac *ἀδελφία* sic Medea:

Quid faciam, video, nec me ignorantia veri decipiet, sed amor.

Item:

Sed trahit in vitam nova vis, aliudq; cupido.

Mens

Cognatio inter Sanctum Apostolum Paulum & imperam incantatricem Medeam secundum illud Apostoli 2. Cor. 6. v. 15. Quæ ratio fideli cum infideli?

Mens aliud suadet, video meliora proboq; dete-  
riora sequor.

Incuriæ sed <sup>περὶ τὴν</sup> lapsus exemplum nobis Pe-  
trus exhibet, qui ter juratam domino suo fidem, antè  
contuitu Christi expergesactam rationem abnega-  
verat. Vtrumq; delictum improbatum tam Philosophiæ,  
quàm Theologiæ: Incuriæ lapsus castigat Paulus hoc  
præcepto, Accuratè ambulate, non ut fatui, sed ut  
sapientes, Item Petrus: Vigilate, quia Diabolus cir-  
cuit, ut leo rugiens, quærens, quem devoret. Ad hanc  
providam vivendi rationem omnes suo exemplo co-  
hortatur, prophetico spiritu concitatus Habacuc in-  
quiens: Super custodiam meam stabo, significans sem-  
per peccati <sup>ἵνα</sup> donec in hoc corporis præsidio mi-  
litant, piis metuendam esse, idcirco nunquam remit-  
tendas excubias, nunquam rationi à vigilationis sta-  
tione recedendum.

Philosophi itidem in huius vitij cautione crebri  
sunt, ac penè disertis: Pythagoras allegoriæ figmento  
rationis vigilantiam suis sectatoribus mandat. Gal-  
lum, inquit, alito, significans per Gallum rationem,  
quam ubiq; vigilem esse, jubet, & instar Galli horas  
dormientibus cantu denunciantis perpetuo vitiorū ap-  
pulsui intentam: Ut sit factorum omnium moderatrix,  
quæ nec deseratur, nec antevertatur ab affectibus.  
Ratio enim est ille Gallus, quo canente bruta, & pe-  
cudem referens hominis pars, à recto deorbitans, in  
viam revocatur.

Abnegatio Petri <sup>ἄρα</sup> per-  
jurio coniuncta, est peccati  
incuriæ, non habens perfecti  
vitij turpitudinem, Sive  
dubio itaq; rigida nimis est  
Christi sententia Matth. 10  
Quisquis abnegaverit me  
coram hominibus abnegabo  
eum & ego coram Patre  
meo qui est in cælis.

Ratio vigilat, stat, militat  
& excubat adversus pecca-  
tum & Diabolum. Ideoq;  
ad novorū <sup>ἀποστόλων</sup> quorū per-  
tinebit, de qua Paulus Eph.  
6. Induite armaturam Dei  
ut possitis stare v. 11. lucta-  
ri vel militare v. 12. vigi-  
lantes & excubantes v. 18.

Petre incautus & quidem  
ἑφιδόσσοφος fuisti, nec e-  
nim Philosophus cautus  
Christum unquam abnega-  
visses: Piscator fuisti Gal-  
lum cum Gallus non alu-  
isti.

Galle si in viam non revo-  
casti, non cecinisti.

Huic Gallo data est laudabilis vitæ intelligentia & vitæ authorem rectè factis, justisq; consiliis jugiter emulandi studium, idcirco monitioni eius, cuilibet  
O Paule, quàm huic es per beatè vivere cupienti auscultandum. Nemo igitur  
vicax Philosopho, dum scri hic discordiam, nisi per vicacia & vertiginis spiritu  
bis: Quæ communio luci dementatus, inter cœlestem & humanam Philoso-  
cum tenebris? Et quæ con- phiam asserere, potest utraq; siquidem vitia impro-  
sordia Christo cum Belial? phiam asserere, potest utraq; siquidem vitia impro-  
2. Cor. 6. bet, Virtutes laudet.

Utraq; etiam prout sunt disparia delicta, ita di-  
sparem pœnam commissis decernit, leviores scilicet  
inconsideratè, ac ratione reluctante perpetratis, quàm  
consultæ improbitati: Theologia enim in aliquo de-  
lictò præoccupatum non reiiciendum planè, sed spiri-  
tu mansuetudinis tractandum monet. Philosophia  
Adam errore παραπτώ- tu mansuetudinis tractandum monet. Philosophia  
ματος præoccupatus non commiseratione potius, quam pœna dignum censet,  
fuit planè reiiciendus, quia si de præcipitantia lapsum si de affectuum acrioribus  
ratione reluctante cecidit. stimulus ab officio abreptum. Interim tamen non  
absolute liberat eum culpa, sicut nec Theologia crimi-  
ne eundem absolvit.

Qui verò Ratione, & divinæ mentis particulâ  
consentiente vitam agunt reprobam, quodlibet indul-  
gentes, & quocunq; tendit libido effuso animo se-  
quentes, itidem utraq; disciplina perfectè malos ju-  
dicat, & vita indignos: Si secundum carnem vixe-  
ritis moriemini, inquit Paulus: Philosophia tales  
jam mortuos pronunciat, non quod corporis & animæ  
soluta compage vitæ muneribus persungi desierint,  
quæ sunt nutriri, vegetari, sensuū ac motuū naturalium  
ener-

energias fieri, sed quod Anima corpori in seruitutem redacta, rerum diuinarum contemplationi inherere nequeat, corporea & caduca pro spiritualibus, æternis & cœlestibus amplectatur, qualium rerum amor, animæ mors tam Philosophis, quàm Theologis censetur esse. Faciunt enim Philosophi duplicem mortem, unam animalis, corporis scilicet & animæ separationem, alteram ipsius animæ, corpori adhuc unitæ. Illam natura infert, desinente enim corpore animari posse, emigrat anima, deserta potius à corpore, quàm ipsa deserat corpus.

Animæ mors Pythagoricis & Platonis est, cum hæc corporis desideria obnoxia facta, turpia pro honestis, sua via pro utilibus, vel terrena pro cœlestibus amplectitur. Sic enim affecta verè mortua est, & à seipsa deserta, exuta quippe suæ naturæ vernaculis diuitiis, miserrima seruit corpori, unde  $\sigma\tau\mu\alpha$ , quasi  $\sigma\tau\mu\alpha$ , id est, sepulcrum: idem  $\delta\epsilon\mu\alpha\varsigma$ , quasi  $\delta\epsilon\sigma\mu\alpha\varsigma$  infausto nomine dici volunt. Nam ut constet animal, necesse est, ut anima in corpore vinciatur. Tales igitur brutam agunt vitam corpore quippè viuentes animæ mortui existentes, cum nec sapiant, quæ sapienda erant, nec gaudeant gaudendis, aut doleant dolendis.

Apparet igitur has duas disciplinas in ipso genere pulcerrimè consentire, idcirco Philosophiam non esse Theologo aspernendam, siquidem eidem in unius

Philippus Melanchthon in disputatione de discrimine peccati originalis & actualis: Longè plus amplectitur appellatio peccati in verbo Dei, quàm in Philosophia. Ideò lapsi sunt Pelagiani (arrige aures Ove-ne & discite cautius imposturum mercari) qui peccatum in Evangelio tantum intellexerunt Philosophico more, de actionibus, quas ratio videt & iudicat esse vitiosas. Nam peccatum significat non modò actiones, sed horribilem corruptionem in naturâ ream iræ Dei.

Apoge cum consensu tuo generico qui horribiliter tremendam confusionem secum importat.

D 3

& ætera

*Ergo incuria exemplum si- & eterni Numinis professione, hominum causa con-  
ue dubio Paulus tibi exhi- dentis & conservantis omnia fidelis adiutrix est, &  
bet monens: Videte ne quis sicut illa justitiae & sanctitatis magistra est: Ita  
vos decipiat per Philoso- & huic unum id propositum est, ad virtutis & fi-  
phiam Coloss. 2. v. 8. Ad- dei colenda curam vagum hominis impetum con-  
jatrix enim fidelis, qui sit deceptrix & ver-  
deceptrix & tere,*

*En incuria Theologica la- Forsan munus hoc etiam accuratius obiens, quam  
psum castigat auctor, quia illa siquidem haec, quae sancta sunt, vera, justa, ac pia,  
non satis accuratè ambu- demonstrationis evidentiâ inducit, sed illa assertis fi-  
lat vel minus accuratè su- de adhaerendum monent. Nec accuratio ista Philoso-  
um manus abiit, contra ci- phiae impia est, vel Theologiae aspernanda. Voluit  
tatum infra præceptum enim miserator & misericors Deus omnibus tam libe-  
Apostoli, accuratè ambula- ralioribus ingeniis, verumq; rationibus aestimare vo-  
re. lentibus, quam servilibus ingeniis, & ab asserentium  
Servilis ingenij naturam in Auctoritate dependentibus, sese pro bonitatis suae abys-  
Christiano credente culpatur so accommodare, ut omnes salvaret: Et justa etiam  
auctor, quam David tot videretur gentibus rejectionis poena, cum cuilibet  
elogiis deprædicat: Servus insita rationis dictatura suggerat divini Numinis ex-  
tuus ego sum, da mihi in- istentiam, quae si studiis Philosophicis excolatur,  
tellectum. Item sicut oculi evadit illustrior.*

*Christus in ministerio suo Hac Philosophica acrimonia usus est Christus  
& humiliationis statu acerb mortalis cum mortalibus versans in terris divinitatis  
egit Philosophum. suae majestatem contra Phariseorum blasphemam in-  
credulitatem defendit, sumptâ nimirum demonstratio-  
ne ex insita naturae proprietate, David, inquit, vo-  
cot*



eat Christum Dominum suum. Ergo non Davidis, sed  
Dei filius est: Item calumniam eorundem, demoni-  
acum non digito Dei, sed potestate Diaboli libera-  
tum esse criminantium, hac demonstratione convulsit.  
Regnum discors in seipso diuturnum esse nequit. Igi-  
tur non diabolica potestate, sed virtute divina ejicio  
demonia. Breuiter, Philosophia omnia pro uidentis  
& gubernantis Dei existentiam ex opificio mundi  
cognito immota certitudine colligit. Sapientia enim  
Dei ludens in creaturis, nullibi non occurrit contem-  
platoribus operum Dei.

Audi lector: Christus Phi-  
losophicâ demonstratione u-  
sus probavit, quod non est  
Davidis Filius.

Nec fieri potest, ut perspecto aspectabilis mun-  
di opificio, partiumque singularum ordine & utili-  
tate animadversa, non etiam præstantissimæ mentis  
aliquod numen esse credatur, & simul sacra quædam  
idipsum colendi & adorandi religio rectè natis con-  
cipiatur.

Velint nolint Philosophi  
sunt Christiani rudimen-  
tarij.

Porrò in hac eloquiorum diuinorum certitudi-  
nem naturalibus rationibus astruendi accuratione, ita  
se moderatur Philosophia, ut authoritati diuinæ con-  
sentanea inducat, illamq; cogitationum humanarum  
normam statuatur, à cuius præscripto deorbitare pia-  
culum sit, juxta illud Psalmistæ: Lucerna pedibus  
meis verbum tuum.

Tam humilis & modesta  
Theologiæ ancilla est Phi-  
losophia ut dicat: Lucerna  
pedibus meis est verbum  
tuum, merum itaq; haud est  
quod accuratiùs Theolo-  
giâ ipsa munus suum ob-

Ab ha

Aristotelis & omnium gen-  
tilium Philosophiam (nihil  
quippe sibi polliceri haben-  
tem de regula Lucerna pe-  
dibus meis verbum tuum)  
Aristotelicus Professor vo-  
cat imposturam: Quantus  
ergo impostor erit.

Ab hac regula recedens Philosophia impostura ha-  
benda est, & *ψευδοσοφία*, non Philosophiæ nomine  
honoranda, Theologiæ non tantum inimica, sed sibi ipsi,  
id est, veræ Philosophiæ adversa: hæc enim Theo-  
logiam ut regiam sapientiam veneratur, dominamque  
agnoscit, cui humiliter sese ut famulam subijcit.

Ex his lector Christiane ju-  
dica, an non fidelis Docto-  
ris laudem tueatur Hoff-  
mannus, qui, aliis tacen-  
tibus, id quod credidit, lo-  
cutus fuit.

Secundum illud Christi  
Matth. 11. Gratias tibi a-  
go Pater, Domine cæli &  
terre, quod hæc occulta au-  
ris à sapientibus & intelli-  
gentibus, & ea retexeris  
infantibus.

Falsa igitur Hoffmanni opinio est, & injurio-  
sa eius censura, Philosophiam esse sophisticam, &  
errorum omnium matrem. Idcirco ex Ecclesiæ se-  
dibus eijciendam: Crudelis insuper in illos, quibus  
non innotuerunt oracula divina, ita tamen natis, ut  
ex visibilibus invisibilem, ex creaturis colligendo  
existentiam, non annunciati verbi damnum ex par-  
te solari possint: ex inspecto quippe naturæ Volumi-  
ne vim quandam divinæ mentis colligentes. Vnde  
facile ulterioris institutionis commoditatem nacti à  
rudimentaria & indeterminata religionis apprehen-  
sione ad certam ac specialem eius notionem traduci  
possint, & sic cum intellectu hunc Ecclesiæ hymnum  
canere, quem operum naturæ imperiti, bruto boatu  
eructant: Pleni sunt cæli & terra gloria ma-  
jestatis tuæ, ludentes potius, quam  
celebrantes creato-  
rem.

DE

DE REVELATA ET  
MYSTICA THEOLO-  
giae parte.

**C**um altera religionis nostrae parte, quam rationi absconditam esse diximus, meræque gratiae, & Spiritus S. donarium, pugnare videtur Philosophia: quo magis enim sese acuit ratio, viresque suas intendit, eo minus, quod veri rationibus consentaneum sit assequitur. Idcirco falsa ejusmodi proloquia, & delirantium somnia proclamat: Hoc falso imputatur ab Hoffmanno Philosophiae, ejusque praesidibus indignè capitalis judicii dica scribitur. Minime enim ita arrogantiae Spiritu tument, aut ignorantia sui stupent, ut non cognoscant mentis humanae terminos, debilemque latentis rei cujusque inveniendae facultatem, praesertim in rerum divinarum contemplatione, nihil altum, nihil praecclarum sapientis, sed potius instar noctuae, ad solis diurni aspectum conivenientis, ac caligantis caecutire.

Nec adeò a modestiae sensu desciverunt, ut in Iudicium sit penes Lectorem, quam egregiè suam in rem, quam colligere suam in premissis Philosophus hic probarit modestiam.

rationis captum excedere, ideoque adversari eidem

E

suaque

Assurrexisti verò genu-  
lando ut tuus ille solet  
Pseudotheologo, & tu,  
nescio,

Secundum illud Salomonis  
Proverb. 5. v. 5. Pedes me-  
reticis descendunt in mor-  
tem, & ad inferos gressus  
eius penetrant: Per semi-  
tam vitæ non ambulant,  
vagi sunt gressus eius &  
investigabiles.

Mira argumentatio omni-  
bus hæresibus excusandis  
apta.

Falsum igitur est, quod sa-  
pientia exterior ( Philoso-  
phia ) promittatur quo-  
cumq; cælestis sapientia eat  
se ministram comitaturam.  
Metaphysica Elogia osten-  
dunt quàm magnifice de  
Theologia cælesti sentiat  
author.

suaq; decretarationum momentis nitentia præponere.  
nefas esse ducunt, quin potius eidem reverenter in-  
geniculando assurgunt, cedunt, & eloquia ejus ad ju-  
dicii humani limam exigere, esse, cum Deo sapientia  
certare: Idcirco ambitiosè & elatè dominatum in  
Theologia affectantem disciplinam, sibiq; dissenta-  
nea, ut stultitiæ & opinionum commenta damnan-  
tem, sophisticam esse, & imposturam non minus à  
veræ philosophiæ ratione alienam, quam ipsi Theo-  
logiæ adversam. Illa enim modesta est & humilis su-  
is sese metiens viribus, altiora mentis humanæ crepi-  
dine, non invadens, nec censuram de eis agens, nec  
assequi valens. Nihil etenim sibi innitens supra suam  
naturam sese attollere potest, foret etenim seipso ma-  
jus, quod naturæ repugnat.

Agnoscit igitur Philosophia enuntiata divinæ  
fundamentum habere veritatis aliis conditum, quàm  
ut eò ratio pertingere possit, unde exquisitis elogiis  
Theologiam ornant Philosophi, vocantes eam  
ἀρχιμωτάτην, ἡγεμονικωτάτην, ἀκρ. βεσάτην σοφίαν, &c.  
ἄνῃ μόνος ἢ μάλιστα ἀρ. ἔχοι ὁ θεός. Id est, maximè princi-  
palem, maximè ductricem, maximè expetibilem &  
divinissimam sapientiam, &c. quam vel solus, vel  
maximè habeat Deus, cui non liceat reliquis disci-  
plinis ὡς περὶ δόλου ἀντιφωρ, sicut nec famulas decet suæ  
Dominae obloqui.

His

His consentanea scribit Plato in Phaedro, in-  
 quiens, homines duobus vehiculis verarum rationum,  
 ab erroribus ad scientiam traduci, quorum unum sit  
 per demonstrationem cognitarum rerum, quem mo-  
 dum cognoscendi vocat ἀποδείξις, cuius conclusio gi-  
 gnat scientiam: Alterum divinitus, ad nos descen-  
 dentem veritatem, quem θεῶν λόγον nominat, conclu-  
 ditq; ibidem, humanam sapientiam præ illa, quæ ab  
 oraculis & furoribus ( sic enim vocat concitationem  
 divina & inopinabilia enuntiantem ) habetur nihil  
 faciendum esse: Et in Timæo: Eatenus Philosopho  
 de rebus divinis aliquid affirmandum esse, quatenus  
 id ipsum divinis oraculis confirmetur.

Vero consentanea scribit  
 Plato, quando verbū Dia-  
 boli habet pro eodem cum  
 verbo Dei propterea fortè,  
 quia idem verum sit in Phi-  
 losophia & Theologia.

His Aristoteles, & tota Peripateticorum Scho-  
 la consentanea profitetur, puta veritatem explicandā,  
 & æstimandā esse, vel demonstrationum certitudine,  
 vel si præstò sint potiores rationes, quas ipse vocat  
 κατεργικωτέρου λόγου, intelligens autoritatem divinam  
 incredibilia & inopinabilia nobis denuntiantem. Etsi  
 verò levis rationibus assentientes, vel ab assere-  
 ntium autoritate dependentes εὐθεΐας & recordiæ pro-  
 bro nonnūquam notat, quod nō rei assertæ rationes re-  
 quirant, & harum momenta penderent, tamen di-  
 vinitus enuntiatarum, aliam sentit conditionem esse,  
 nempe certitudinis fundamentum habere, extra &  
 supra omnem mentis humanæ captum: Idcirco illorum  
 fidem non levitatis vituperio notandam, sed scientia-

Aristotelica schola discipu-  
 los suos ablegat tandem ad  
 Theologiam fortè ut Iohan-  
 nes discipulos suos ad Chri-  
 stum.

Philosophia sentit ea quæ  
 sunt supra mentis humanæ  
 captum: illa procul dubio  
 quæ non est alligata ad ho-  
 minis animum ( ut scribit  
 Cornelius ) aliàs qui senti-  
 ret.

E ij rum,

rum, ac habituum animi omnium præstantissimam existi-  
 mandam πρὸς ἡρ' οὐκ ἐστὶν ἐνσῆνα: Imo quam humilitatis no-  
 mine Deo gratissimum cultum putet nolenti suam sapi-  
 entiam justificari à filiis hominum: sic enim inquit:  
 δίκαιον ἅπασιν ὁμοίως ἐπιτιμᾶν ἀλλ' ὄρα ν δὲ τὴν αἰτίαν  
 τὸ λέγει τις ὅτι δὲ πῶς ἔχωρ τῷ πιστεύει ἀνθρώπων ἰσχυροτέρων,  
 hoc ita Schegf:

Non ex æquo omnes sunt reprehendendi, qui  
 causas sublimium rerum scrutantur, sed cur id faci-  
 ant, primum videndum, deinde quomodo se haben-  
 tes fidem faciant his quæ dicunt, num rationum hu-  
 manarum inventis, an majori quadam persuadendi  
 efficacia, quam ut eam præstare possit hominis indu-  
 stria: Innuens ab his assertionis rationem exigendam  
 esse, sed fide amplectenda, quæ divinities afflati pu-  
 blicant.

Hinc Plato: παρὰ τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπων τῶν κρείττων  
 ζητητέον, καὶ παρὰ τῶν πολλῶν τὸν ἑκάστον.

Plato & alij Philosophi le-  
 gatione funguntur cū Apo-  
 stolis exhortantes ut homines  
 fidē Deo habeant vel quod  
 idē est reconcilientur Deo.  
 2. Cor. 5. v. 20.

Primam igitur fidem habendam Philosophi,  
 asserunt oculis divinis, quos vocant θεῖος λόγος: de hinc  
 humani ingenii inventis: Hæc ἀποδεδειγμένη, Illa abso-  
 luta necessitate conclusionem inducunt. Quocirca rati-  
 oni consentaneè conclusa hac limitatione acceptanda  
 monet Arist. ἄρ μὴ ἐστὶ κατεργασμένοι λόγοι, quod nimirum  
 divino numine nihil veracius sicut κακοδαίμονε, nihil  
 fallacius, existat: de quo divinissime sic Plato: καὶ  
 δὲ ὁ

ὁ θεὸς ἀπλῶς ἢ ἀληθῶς ἐντε ἔργῳ κὶ λόγῳ, κὶ οὐ αὐτὸς  
μεθ' ἑαυτοῦ ἄλλως ἐξάπατά, ἢ κατὰ φαντασίας, ἢ κατὰ  
λόγους, ἢ κατὰ σημείων πομπῶς, ἢ τὴν ὕψος ἢ τὴν ὄψαν,  
*id est, simplex quiddam & verax est Deus, cum ope-  
ribus, tum sermonibus suis, nequē ipse mutatur, ne-  
quē fallit quenquam, nec in visis nec in verbis suis,  
nec signorum prænotionibus, quibus vigilantes vel  
dormientes admonet.*

Cum igitur Philosophia vera utrique parti reli-  
gionis nostræ, tam rationi consentanea profitenti,  
quam eidem dissentanea pandenti, divina scilicet, ar-  
cana, ipsis etiam cœlicolis & beatis spiritibus incom-  
prehensibilia, astipuletur, subscribat, & laudem ve-  
ritatis tribuat, vel eadem docendo, vel diversa pro-  
fitenti, humiliter sese subjiciendo, modis omnibus in  
Ecclesia retinenda est, & quidem eò magis, quod  
utramq; partem, contra calumniantium astus & va-  
fram malitiam propugnet, defendat, ac tutelaris mu-  
neris partes in sese recipiat, Domine suæ nutum  
ubiq; reverenter sequens: Rationabilem Theologiæ  
partem sophismatum præstigiis interpolantes, argu-  
mentando ac demonstrationum evidentia convellen-  
do: Mysticam verò illudentibus Luceferianam auda-  
ciam & sacrilegam arrogantiam objiciendo, quòd  
humanam sapientiam, divinitus patefactæ verita-  
tis, inconsideratè arbitram faciant, quam illa ut stul-  
titiæ & deplorandam cæcitatem ridet, damnat &  
abominatur.

*Iuxta illud: Credo me pro-  
prijs rationis meæ ( Philo-  
sophiæ ) viribus Iesū Chi-  
sto Domino meo fidere &  
ad eum accedere nullo mo-  
do posse.*

*En promptam operosam  
ancillam. nonne rectius de  
se exilamet; Ecce ancilla  
Domini Luc. 1. v. 38.*

*Philosophia est Magistra,  
discipula, Patrona, An-  
cilla & plus si velles.*

*Eant nunc, qui criminantur hanc eminentiæ  
humane magistræ, patefactionis divine discipu-  
lam, simul & patronam, cognoscant prius instituta  
& professionem Philosophiæ, quàm ignoratam puti-  
dè damnent Theologiæ dominæ suæ rebellem, illoto  
ore proclamant, & idcirco ut & Ecclesiæ sedibus in-  
nocentem eliminent, decretum supremæ potestati ex-  
torquendi consilia callidè agitare incipiant, sibiq;  
persuasum habeant, vafram malitiam, hoc amicum  
divinæ & humane Philosophiæ conjugium do-  
minandi libidine dirimere satagentes, supre-  
mæ potestati exosam esse ideoque ean-  
dem dignâ se veritate in ejusmodi  
sacrilegam audaciam animad-  
versuram esse.*



*Ne*






*Ne quis de fide Authoris hujus concordia  
dubitet, audiamus testem vel Notarium  
potius publicum Doctorem Iohannem Caseli-  
um, qui in publico scripto, cujus titulus  
(Διαμαρτυρία) aperte de hac concordia profite-  
tur, quod clarissimi Collegæ Oveni medita-  
tiones in eâ sint, quod eas ingenio perfe-  
cerit, quod tueri easdem vedit,  
quod tueri easdem  
possit.*

**F I N I S.**





AB 22 841 (1)


ULB Halle 3  
002 043 793  



Sb.

W19

Hilf. 77







12 #

PROGRAMMA PUBLICVM  
**M. O V E N I**  
**G V N T H E R I**  
PROFESSORIS  
ARISTOTELICI.

Ex quo  
**NATI, AVCTI, ET IN HVNC**  
**VSQVE DIEM PROTRACTI IN**  
*Academia Iuliâ certaminis initia & pro-*  
*gressus conspiciuntur.*

**CVM NOTIS PVBLICATVM.**  
**ADDITA EST SVB FINEM**  
**THEOLOGIAE & PHILOSOPHIAE**  
mutua Concordia ostensa, ab eodem M.  
Oveno Gunthero, notis margina-  
libus illustrata.

Luth. de Captiv. Babylon.  
*Quid si Philosophia hæc non capit? Fides tamen ca-*  
*pit, major est verbz Dei authoritas, quam nostri*  
*ingenij capacitas, major Spiritus Sanctus, quam*  
*Aristoteles.*

M A G D E B V R G I  
Excudebat Andreas Dunckerus Anno 1600.

p

